



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

97. An qui habet diurnum, teneatur recitare Psalmos sine lectionibus, & responsoriis pro Matutinis? Et infertur cœcum non esse adstrictum Matutinam Horam recitare, licet memoria retineat Psalmos, cum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)



Negatiue respondet Filiuc. tom. 2. rr. 23. c. 9. Num. 287. vbi sic ait: [Si quis non habens Breuiarium possit recitare aliquam Horam, tenetur: si autem Plalmos tantum sciat, non autem lectiones, orationes, & capitula, non tenetur. Ratio est, quia illi Plalmi, vt sic, non sunt Hora Canonica, ad quam Clericus obligatur. Ita ille, & citat Nauarrum, & Suarez. Idem etiam docuit Garcia de beneficiis. l. 1. p. 3. cap. 1. num. 221. & Malderus in 2. 2. tract. 10. cap. 2. dub. 1.

2. Notandum est tamen, quod si sciret alias lectiones, siue capitula, & orationes, teneretur sic dicere Officium secundum sententiam Villalob. in summ. tom. 1. r. 24. dub. 16. num. 11. vbi sic asserit: Si este sabe de memoria los Psalmos de las Laudes, y Horas memorias, y deve recitarlas; poniendo qualesquiera Capitulos, y oraciones, que se le acordaren, por que concesso con la substancia del rez. Y si no viese Diurno, debe tambien rezar los Mayores si estan alli los Psalmos de las Ferias, y de rezar lecciones de nuestra Señora, o de los Difuntos, que aunque la mudanga mudan, no es substancial. Sed hæc opinio mihi non placet, quia ego non tenor dicere aliud Officium, nisi Officium currentis diei. Ergo, &c. vide etiam infra ref. 43.

RESOL. XCVII.

An qui habet diurnum, teneatur recitare Psalmos sine Lectionibus, & Responsoriis pro Matutinis?

Et inferitur eadem non esse adstrictum Matutinam Horam recitare, licet memoria retineat Psalmos, cum Lectiones legere nequeat, nec tenetur socium querere.

Et an si alius se offerat cæco, vel infirmo in socium ad recitandum, teneatur cæcus, vel infirmus recitare?

Et an infirmus, etsi valeat conversare cum amicis se mansuetibus, ideo non teneatur recitare Officium Diuinum? Ex p. 2. tr. 12. Ref. 43.

Affirmatiuam sententiam docet Sanchez in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 19. num. 8. quia Lectiones & Responsoria modica reputatur materia, que sufficiens non est ad moralem integritatem Matutini tollendam.

2. Sed contrarium docet alter. Sanch. in selectis, disp. 1. n. 2. Nam esto respectu Psalmorum Lectiones & Responsoria sint minor pars, est tamen maxime principalis, & substantialis, ita vt absque illis non esse Officium Canonicum. Ex quibus infert idem Sanchez, cæcum non esse adstrictum Matutinam Horam recitare, licet memoria retineat Psalmos, cum Lectiones legere nequeat; nec tenetur socium querere: præceptum namque recitandi non est ad id obligat, sed solum permittit posse recitari cum

3. Imò & si aliquis cæco se offerat in socium ad recitandum, non tenetur illum admittere, quia recitare cum socio priuilegium, & fauor est, quo non vti libere potest; quod etiam procedit in infirmo, qui cum socio potest recitare Officium: nam nõ tenetur, etiam si socius se offerat ad id faciendum. Notandum est etiam infirmum, etsi valeat concurrere cum amicis se insipientibus, non ob id constingendũ esse Officium recitare; quia amicis confabulati, potius animi diuersionem, vt proprium obiectum respicit, quam attentionem, e contra Officium Diuinum recitare. Hæc omnia Sanchez, multum ad proxim con-

ducentia, licet aliqui contrarium sentiant vt Gauandus in comment. ad Rubr. Miss. tom. 2. sect. 1. cap. 5. m. 1. n. 6. & alij penes Laym. in Theol. moral. lib. 4. tr. 1. c. 6. n. 2. sed ipse optime cum Garcia de beneficiis. l. 1. part. 3. c. 1. n. 215. tenet, quod quando semper antea non erat solitus recitare cum socio, non tenetur postea socium adsciscere, quicquid in contrarium asserant Valentia, Suarez, Azorius, & alij penes ipsum.

RESOL. XCVIII.

An Clericus, qui habet Diurnum, & caret Breuiario, teneatur saltem recitare Psalmos absque Lectionibus, & Responsoriis?

Idem est de carente visu, vel alia de causa, si Psalmos memoria tenet?

Et an, qui propter aliquam causam, infirmitatem scilicet, magnam occupationem, &c. excusantur a dicendo toto Officio Diuino, non tamen excusantur a dicendo illas Horas Canonicas, quas commode dicere possint?

Et an interruptio notabilis in persoluedo Diuino Officio non constituat peccatum mortale, nec obligationem iterum recitandi, & quantum incepta Hora interruptur animo repetendi?

Et an hoc etiam intelligatur in ordine ad recitationem publicam, que efficitur in Choro?

Et an Beneficiarius, qui tantum percipit ducatos 25. ex fructibus beneficij teneatur ad recitationem Horarum Canonicarum, vel sint necessary in his temporibus 40. ducati, demptis oneribus Missæ, &c.

Et an prabendatus non obligatur ad recitandum in Choro, posse recipere, & retinere distributiones, etiam si neque ibi, neque extra eborum recitet Officium Diuinum? Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 48. aliis 47.

§. 1. Affirmatiuam sententiam nominatim contra me docent duo docti Theologi Valentini Aegidius Trullench in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 28. num. 6. & Ioseph Rocafull. in praxi Theol. moral. tom. 1. part. 2. lib. 3. de Oratione vocali, cap. 4. num. 309. vbi sic ait: Dubium tertium, an teneatur recitare Matutinum, qui impotens est ad recitandas Lectiones, v. g. quia habet Diurnum, & caret aut Breuiario, aut visu, vel alia de causa. Respondent Castus Palaua tom. 2. disput. 2. punct. 6. num. 7. & Diana part. 2. tract. 12. resolut. 30. & 4. part. 1. r. 4. resolut. 25. non teneri, Ratio istorum est; quia exclusis Lectionibus Psalmi non constituunt substantialiter Matutinum. Respondeo, quod licet non constituant totum Matutinum, constituunt tamen partem, & quando homo non potest adimplere totum, tenetur adimplere partem, quam potest. Ita ille.

2. Sed licet hæc sententia sit satis probabilis probabilem etiam existimo negatiuam, & docet nouissimè etiam doctus, & amicissimus Pater Hieronymus Garcia in Summa tract. 2. difficult. 7. dub. 2. num. 7. vbi sic asserit: Iuan Sanchez in Select. disput. 15. num. 2. dize, que si sabe los Salmos, y no las Lecciones, y Resposos, que no esta obligado; porque las Lecciones, y Resposos son parte esencial del Oficio, y quien no puede todo lo esencial queda desobligado in totum, cuya opinio tengo por probable, y no se haze poca fuerza en favor della la instancia del ayuno, en el dispensado en comer carne, que por ser la abstimencia della vna de las partes mas esenciales del ayuno, en opinion muy probable queda libre totalmente del. Hæc Garcia; Et idè hanc sententiam,

aut Visu, & in tom. 7. tr. 1. Refol. 7. §. Quoad recitandum, & hic superius in tr. 1. Ref. 102. §. Sed ad hoc, ad medium, ref. Vn ciego.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Ref. & supra in Ref. 42. §. vltim. & in & in Ref. 33. §. Nec defera, post medium, vers. est enim.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 60. Ref. 75. & in aliis eius anni, not. me